1502. Junius Feria Secunda proxima post Oct: Corporis Chr: | Ex Libr: Metr: Regni Sub L: fol: 10.

Decretum Monetæ Cudendæ.

Alexander Dei Gratia Rex Poloniæ etc: Significamus tenore præsentium etc: Quod dum in præsentiarum hic in Novacivitate Corczyn necessitas peccuniarum habendarum incumberet nos et Rempublicam Regni non mediocriter urgens pro solvendis deservitis Solariis stipendiariorum tam sextariorum, quam armatorum, ac etiam pro aliis specialiter ad defensionem Terrarum Russiæ conducendorum, cumque aliter provideri non potuit necessitati illi. Nos præmissis particularibus Terrarum Conventionibus hic quoque Cracovien: Terris generali subsequuta in eadem Novæ Civitatis Conventione, cum consilio et expresso consensu Reverendissimi in Christo Patris Illustrissimique Principis Domini Frederici etc: Cardinalis Archiepiscopi Gnesnensis, et Cracoviensis Episcopi

scopi Germani nostri charissimi, ac An-
dreæ Roza Archiepiscopi Leopoliensis,
et Premisliensis, Creslai Vladislavien-
sis, et Regni nostri Cancellarii, Mathiæ
Chelmensis Episcoporum, ac Magni-
ficorum Generosorum et Nobilium
Spithkonis de Jaroslaw Castellani, Petri
Kmitha de Wysznicze Palatinis Craco-
viensibus, Joannis de Tarnow Sando-
miriensis, Nicolai de Curozwanki Lu-
blinensis, Stanislai Kmitha de Vys-
snicze Belzensis Palatinorum, Nicolai
de Camijenijecz Sandomiriensis, et Ca-
pitanei Cracoviensis, Johannis de
Stupcza Sandecensis, Stanislai de Mlo-
dzeiowicze Radomiensis, Stanislai de
chodecz Leopoliensis ac ejusdem
et Podoliæ Terrarum Capitanei, Petri Gnija-
di Czechoviensis, et Andreæ de Zbo-
row Zarnoviensis Canonicorum ac
Nuntiorum de Terris Cracoviensi, San-
decensi, et aliis harum vicinis in præ-
senti Conventione existentium, mo-
netam

netam mediorum grossorum sub con-
ditionibus, et ordinationibus infrascrip-
tis sub quibus olim Majestas Ves-
tra monetam ultimo constat cu-
sam fuisse; cudendam decrevimus et
instituimus, sic quod ex quindecim
lotis argenti puri cum adjunctione
viginti quinque lotorum cupri de-
bent fieri octo floreni indifferenter
magis vel minus per Medium
Sexagenam in florenum computan-
dum, debet autem istud custodiri ne
minus quam octo floreni fiant,
et similiter ne magnus excessus
super octo florenos sit et excrescat,
et hoc quanto melius poterit custo-
diatur. Ut autem ipsa moneta in
sua qualitate et quantitate recte
et fideliter dirigatur et cudatur,
quamvis ad cudendum famosum
Henricum Slakijer Civem Cracovien-
sem per alias literas nostras
deputaverimus, tamen ejusdem mo-
neta

neta, eudendæ novæ curam provi-
onem, administrationem, et ommendi-
spositionem, Magnifico Jacobo de
Schydlowiecz Thesaurario Regni no-
stri sincere nobis dilecto commit-
tendas duximus, committimusque
præsentibus, Ut autem ejusdem cu-
sio fieret continuaretur[que] absque
metu futuri erroris et jactura Rei
publicæ, sic statuimus; quod Ma-
gnifici Petrus Kmitha de Wiszny-
cze Cracoviensis et Marschalcus Re-
gni Nostri, et Andreas de Schamo-
thuli Posnaniensis Palatini; singulis
quatuor temporibus anni cujusli-
bet Cracoviam descendant monetam
ipsam probaturi, ubi verò aliquis
eorum legittimò et verò impedimen-
to detentus venire non posset, ille
loco sui mittet ad id idoneum virum
probum, et fiet probatio ad minus
in præsentia unius Palatinorum
prædictorum, et in præsentia duo-
rum

rum Civium Cracoviensium, videlicet
Famosorum Casperbar, et Zaijfreth, qui-
bus Palatinis cuilibet eorum de pecu-
niis Monete ejusdem nove per cen-
tum marcas Dandas decernimus, et
solvendas constituimus, ut scilicet
pro singulis anni quatuor tempori-
bus, dum probis intenderent, per vi-
ginti quinque marcas quilibet eorū
ad rationem earum centum Marcarum
predictarum percipiat, sicque faciendo
monete nove fieret approbatio ipsa
tamen non prius in vulgum porrietur,
donec ipsi Palatini eam approbaverint.
Qui quidem Enricus Suprascriptus mo-
nete Magister conflabit argentum cū
cupro sic ut statuimus, providere que
curabit, ne nos aut Respublica frau-
daremur in minimo. quod ubi com-
pertum foret, et aliter quam institu-
tum est inventum esset, Magister mo-
nete predictus teneabitur sua im-
pensa iterum conflare monetam vi-

tiatam

tiatam, et ex eadem Materia banam
Monetam et justam cudere secundum
pondus et modum Suprascriptum.
Cum autem approbabitur moneta
per eos qui Supra scripti sunt de-
putatos probatores, tunc demum Ipse
Jacobus Regni Nostri Thesaurari-
us probatam Monetam numerabit,
et ad servandum recipiet, idem etiã
Thesaurarius argentum similiter
per Magistrum Cusionis predictã
probatum solvet, pro cujus Thesau-
rarii nostri salario tantum assigna-
mus ex eisdem pecuniis monetæ
novæ per ipsum Jacobum tollendã
quantum alii Regni nostri The-
sauravii predecessores sui etc novis
Monetarium Cusionibus, tollere, habere,
percipereque consueverunt, quod in
Regestris Thesaurii nostri videndum
erit, qui Thesaurarius de eodem suo
salario Notarios duos prout per an-
tecessores in Officio Monetario te-
nerd

neri consueverunt, providebit, solaria-
bitque, residuum pro sua provisione
recepturus. Etsi casu exposcen: exa-
minaturi aut probaturi essemus, spe-
cialius monetæ ejusdem pondus,
valorem, et justitiam, tunc non ali-
ter probas facturi sumus, quam in
aliis Regnis, aliisque monetis ex-
traneis probe fieri consueverunt, jux-
ta consuetudines et constitutiones ar-
tis hujus in probis solitas obser-
vari, nullam inventionem novam
et excogitatam contra Thesaurarium
et Magistrum prædictos nostros
probis admissuri; quam monetæ
cussionem continuaturi sumus ad u-
nius anni decursum, eoque decurso
tamdiu, quamdiu cum Consiliariis Re-
gni nostri decreverimus, pro nostra
et Reipublicæ necessitatibus cudendam
necessario. Harum quibus sigillum
Secreti nostri præsentibus est subap-
pensum testimonio literarum. Datum
in Nova Civitate Corczyn feria secunda
proxima

proxima post Octavas Corporis Christi
Anno ejusdem Millesimo quingen-
tesimo Secundo, Regni vero nostri
primo.

Relatio Venerabilis Joannis de
Lasko Supremi Regiæ Majesta-
tis Secretarii.